


De Processione ad deponendam  
**CRUCEM**  
in Sepulchro Feria VI in Parasceve

Juxta Consuetudinem Cassiacensem




Gerolitus Ammosaulicus  
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMIII - Ædibus Bardorum

## PROCESSIO ET DEPOSITIO CRUCIS

*Corpore Domini a Celebrante solo | tem, interum Celebrans purificet manus suas, et reliqua ut in Missali.*  
*supto cantat Schola Cantum sequen-*

Cantus.  
I. Modo



Cruz \* be-ne- díc- ta, quæ  
so-la fu- i- sti digna portá- re Re-  
gem cœ-ló- rum, et Dóminum. Té-nebræ fa- ctæ sunt, dum  
Christus supplí-ci- um mortis pa-te-ré-tur in Cruce, et  
circa horam nonam, cla- mans vo- ce ma- gna: Pa- ter,  
in manus tu- as comméndo spí- ri- tum me- um, incliná- to  
exspi- rá- vit; et ecce terræ motus factus est magnus, qui- a  
mortem Fí- li- i De- i mundus susti- né-re non pó-te-rat;

De Processione in Feria VI Parasceve



apérto autem lá-te-re e-jus, sanguis ex-í- vit et a- qua in  
redempti- ónem sa- lú-tis no- stræ.

*Post purificationem Celebrans accipit pluviale nigri coloris, et medius inter ministros sacros (si adsint) accedit ad pedem Crucis in medio choro super tapete violaceum vel nigrum positæ, retro*

*ei adstante acolytho cum thuribulo et navicula incensi. Duo ceroferarii cum candelis accensis se sistunt ad caput Crucis, et omnes alii de Clero pariter cum candelis accensis stant in circuitu.*

*Post cantum Celebrans.*

✠ Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.

✠ Quia per Crucem tuam redemísti mundum.

Oremus.

*Oratio.*

**G**regem tuum, quásumus,  
Dómine, pastor bone,  
placátus inténde: ζ et oves,  
quas pretiósó Sanguine rede-

místi, \* diabólica non sinas  
incursióne lacerári. Qui vivis  
et regnas in sæcula sæculó-  
rum. ✠ Amen.


*Finita Oratione, omnes in genua procumbunt, et canitur ter.*

Hymn.

I.  
**O**



CruX a-ve, spes ú- ni-ca, Hoc Passi-ó- nis témpo-re:



Auge pi- is justí- ti- am Re- ísque do-na vé- ni- am.

*Tunc omnes surgunt, et additur*


De Processione in Feria VI Parasceve



Te summa, De- us, Trí- ni-tas, Colláudet omnis spí- ri-tus:



Quos per Crucis mysté- ri- um Salvas re-ge per sá- cu-la.



A- men.

*Sub hoc versu Celebrans imponit incensum absque benedictione, et triplici ductu stans Crucem incensat. eínde intonat celebrans Responsorium sequens. Interdum Schola cantat et ecce velum templi divisum est, Celebrans dividit velum linteum in duas partes, quod a vobus Ministris extentum tenetur.*

*Cum duabus partibus veli involvit Crucem Domini. Et interdum Schola cantat terræ motus enim factus fuerat magnus, omnes magno cum clamore pulsant et Schola silet. Post terræ motum omnes accipient candelas et accenduntur.*

Resp.  
I. - II.

**D**

Um fabri-cá- tor mun- di \* mortis supplí- ci-



um pa-te-ré- tur in Cru- ce, cla- mans vo- ce ma-

*Hic velum linteí dividendum.*







gna trá- di- dit spí- ri-tum: et ecce ve-lum templi di-

De Processione in Feria VI Parasceve




*Hic clangor faciundus et schola silet paulatim.*



*Interdum Cerei distribuuntur et accenduntur.*



De Processione in Feria VI Parasceve



tá-re a confrá-cta sunt claustra inférni, apér-ta est  
no- bis jánu- a re- gni.

*Repetitur* † In.

*Mox Celebrans accipit Crucem involutam, et præcedentibus duobus ceterariis, et Clero cum candelis accensis, ac thuriferario cum thuribulo fumigan-*

*te, medius inter ministros sacros defert Crucem ad sepulchrum. Interum cantatur:*

℞ *Matth.27,66* ✠ *ibid.27,62-64* – H222


Resp.

II.

**S**



E-púl-to Dó-mi-no, \* signátum est mo-nu-mén-




tum, volvén-tes lápi- dem ad ósti- um monumén-



ti: † Ponén-tes mí- li- tes, qui custo-di- rent



il- lum. ✠ Ne for- te véni- ant discípu- li e- jus, et fu-rén-



tur e- um: et dicant plebi: Surré- xit a mór- tu- is.

*Repetitur* † Ponéntes.

*Cum perventum fuerit ad sepulchrum, omnibus genuflectentibus, Celebrans reverenter ponit Crucem in loco preparato, et imposito incenso sine be-*

*nedictione iterum triplici ductu stans eandem incensat. Tunc ab aliquo alio sacerdote superponitur Cruci sudarium vel velum album.*

*Quo finito, dicitur.*

✠ In pace factus est locus ejus.

✠ Et habitatio ejus in Sion.

Oremus.

Oratio.

**D**eus, qui Fílii tui humilitate, jacéntem mundum erixísti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut quos perpétuæ mortis eripuísti cá-

sibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum.

✠ Amen.

*Deinde cantat Schola sequens Antiphona, interdum omnes reverentia Crucis facta cerei exstinguntur in vase pulveris pleno.*

Ant.  
I. d



Uper ómni- a \* ligna cedrórum tu so-la ex-cél-si-

or, in qua Vi-ta mundi pepén-dit, in qua Christus tri-

umphávit, et mors mor-tem supe-rá-vit in æ-térnum.

Et sic fini- á-tur.

**Psalmus 129**

**D**e profúndis clamávi ad te, Dómine: \* Dómine, exáudi vocem meam:

*Repetitur Antiphona integra.*

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecationis meæ.

*Repetitur Antiphona integra.*

Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

*Repetitur Antiphona integra.*

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

*Repetitur Antiphona integra.*

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

*Repetitur Antiphona integra.*

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israel in Dómino.

*Repetitur Antiphona integra.*

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiósa apud eum redemptio.

*Repetitur Antiphona integra.*

Et ipse redimet Israel, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus.

*Repetitur Antiphona integra. Nec dicitur Glória Patri, nec Sicut erat.*

*Tum omnes surgunt et sub silentio recedunt.*

Omnia jura vindicabimus

HOLGER PETER SANDHOFÉ

eMail: Sandhofe@gmx.net — <http://www.nocturnale.de>

© MIII · Ædibus Bardorum